

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3810

**Auteur(s)** : Verneuil (vicomte)

**Bénéficiaire(s)** : Pierre de la Broce, Langes (seigneur), Damville (seigneur)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1276, 30 juillet

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Le vicomte et le bailli de Verneuil font savoir que Jean de la Chambre, sergent du roi de Verneuil, a reconnu avoir donné et abandonné à Pierre de la Broce, seigneur de Langes et de Damville le sergenterie qu'il avait tenu en fief du roi de France à la paroisse de Charnelles.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde l (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 873, p. 205-206.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis et auditoris, ballivus et vicecomes Vernolii, salutem in Domino. Notum facimus quod coram nobis in jure constitutus Johannes de Camera, domini regis serviens Vernolii, recognovit se dedisse, concessisse et quitasse in perpetuum nobili viro Petro de Brocia, domino Langesii et Danville, et heredibus ac successoribus ejus, de sergantereia, quam idem tenet in feodum de domino rege Francie, partem illam scilicet que se protendit et durat per totam terram seu feodum dicti Petri, in parrochia de Charnellis et pertinentiis ejusdem, ita quod idem Johannes aut ejus heredes vel successores, per se vel per alios, in terra seu feodo de Charnellis, vel aliqua pertinentiarum ipsius, servientis officio fungi vel illuc intrare seu stare pro serjantando de cetero non valebunt ; promittens idem Johannes per juramentum suum, tactis sacrosanctis euvangeliis, prestitutum, quod contra donationem et concessionem hujusmodi vel aliquid de contentis in presentibus litteris per se vel per alios non veniet in futurum, se et suos heredes ac successores eidem Petro, quantum ad hec, specialiter obligando ; de qua parte serjantereie se in manu nostra devestivit idem Johannes, et nos, ad ipsius instanciam, procuratorem dicti Petri suo nomine investimus de eadem, ac petiit dictus Johannes coram nobis, quod prefatus dominus rex predicta omnia concedere velit, et per suas patentes litteras confirmare ; et quod nos et successores nostri eumdem Johannem et ejus heredes ac successores compellamus, si opus fuerit, ad observationem premissorum. In cujus rei testimonium, sigilla ballivie et vicecomitatus Vernolii una cum sigillo dicti Johannis in presentibus litteris duximus apponenda. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, die veneris in vigilia Sancti Petri ad vincula, mense julio.